


Jam medium æthereo cursu trajecerat axem,
Jamq; rubescebat radiis mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Et jam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum, linquens aurora cubile.

CUM ECCE
PRO FULGIDO TRIENNALI
CONGRESSU BÆTICÆ

AUGUSTINENSIUM

PROVINCIÆ PERAGENDO,
ADPARATUR CONCERTATIO THEOLOGICA;
APUD HISPALENSE DELUBRUM
M. P. AUGUSTINO DICATUM,
INEUNDA:

A UBI

cordiis, ut amare cum eo discant,
maneant alta mente re-
posta,

BÆTICA AURELIANA PROVINCIA
...........DISTICHA PAUCA TRADIT.

Emicat Aurelius, lux est, quia coelica, totus.
Sicque Dei in tota promicat Ecclesia.
Quid melius? Rigat ora Parens, dat vul-
nera Natus:
Hìc ultrò pectus porrigit, illa sinum.
Quo me-cumque trahò, sequitur me tessera
amoris;
Quo-me cumque ferò, symbola amoris eunt.
Hac statione mori, seu viveredetur:
Excubias pernox hac statione traham.

AC-

ACTOS
DE LA
CELEBRACION
DEL
CAPITULO.

SAbado 15. de Abril, en que se hace la Eleccion de Provincial, despues de la Missa de Espiritu Santo pronunciarà la Oracion à los PP. Vocales el P. Fr. Antonio Navarrete, Colegial que fue de el de San Acacio, y Lector de Artes de nuestro Convento de Cordoba.

DOmingo 16. en que se celebra la Fiesta de nuestro Gran P. S. Augustin, predica el P. M. Fr. Lucas de Lara, Regente que fuè de los Estudios de Badajoz, y Prior de el de Cuenca, y dos veces de el dicho de Badajoz; y à la tarde preside Conclusiones el P. Presentado Fr. Vicente Lopez, Prior

del

del Convento del Puerto de Santa Maria, y Doctor Theologo del Gremio, y Claustro de la Universidad de Sevilla, al P. Fr. Ignacio de la Cuesta, Colegial, que fuè de el de San Acacio.

LUnes 17. en que se hacen las Honras de los Excelentissimos Señores Duques de Arcos nuestros Patronos, predica el P. Fr. Francisco de Mora, Lector que fuè de Artes de Cadiz, Regente del Convento de Xerez de la frontera, y al presente de el Colegio de San Acacio, y à la tarde preside Conclusiones el P. Presentado Fr. Miguel Miras, Rector, que ha sido del Colegio de San Acacio, Regente de Estudios de nuestro Convento de Sevilla, y Doctor Theologo del Gremio, y Claustro de su Universidad, al P. Fr. Alexandro Jurado, Colegial que fue del Colegio de San Acacio.

Hanc

.... Hanc etiam, Mecænas, aspice partem,
Magnanimosque duces, totiusque ex ordine gentis
Mores, et studia, et populos, et prælia dicam.
In tenui labor est; at tenuis non gloria: siquem
Numina dextra sinunt, auditque vocatus Apollo
........................Celsa in puppi........................

NIMIRUM

Rmus. P. Mag.

Fr. FRANCISCUS XAVERIUS

VAZQUEZ PERUNTINUS,

TOTIUS ORDINIS EREMITARUM

S. P. N. AUGUSTINI,

PRIOR GENERALIS

VIGILANTISSIMUS

Ductor Augustiniadum Naviculæ, qui de longe portans panem salubriori doctrina condîtum, & aquam sapientiæ é puris M. P. Aug. laticibus haustam, prædam optabiliorem domesticis dederit, cibariaque filiis suis amplexanda tradiderit. Quem, iam dudùm innotuit, ex quo nempè é remotissimis mundi plagis in Romuleam Arcem avectum, cuncto Augustinensium ordini Superi præfecère, qualis quantusque sit Mecænas bonarum literarum, quàm candidus fautor ingeniorum, quamvè, præceteris curis, sibi cordi sit studiosorum adolescentium conatus lubenter ac-

ci-

cipere, diligentiores peculiari benevolentia fovère, sponte emeritis præmia rependere, avitamque in capessendis scientiis sedulitatem, si forte paullulùm ea torpuerit, socordia adnitente, postliminio revocare.

Illud etiam in causa est, cur tanta fiducia ad Te, Præsul Humanissime, Bætica ista Tibi in primis, præcunctis, addictissima Provincia iterùm convolaverit, quod inter has Theses, quæ sacræ Disciplinæ omnes fermè principes exhibent Controversias, S. P. Aug. doctrinam è purissimo sacro eius viridario deductam, ubicumque se dedat ocasio, vel ab impudentium Hæreticorum dicteriis, vel à minus rectis quorumdam Scriptorum sensibus, ut alumnos, & filios decet, pro sua virili sartam, tectamque defendit.

Patere ergo, ea, qua polles urbanitate, Præsul Rme. ut tutissimo Tuo freti patrocinio, extra penates, filiorum Tuorum labores erumpant: munusculi parvitatem, & nostra cordis amplitudine, & ipsorum argumento suppletam iri confidit. Iccirco, si unquam Te præbuisti huicce Provinciæ Optimum Patrem, nunc rogitat, præsta: inde nempè sodalibus addes animum, quo magis lubeat istius modi opus aggredi, supremumve Numen, esto nondum Te excruciet metus senectæ, fervidius exorare, ne Te fata, nisi post emensum feliciter diuturnioris ætatis cursum, nobis, ac terris vel parumper invideant.

Uni-

ESSentia Divina metaphisicè constituitur per esse à se. Deum esse, invincibiliter ignorari non potest. Intellectus creatus indiget lumine gloriæ ad videndum Deum. Tota inæqualitas visionis ex solo lumine gloriæ petenda est. Fieri non potest, etiam per absolutam Dei potentiam, ut Beati claiè videant Divinam essentiam, non visis personis, & attributis. Omnia subduntur Divinæ Providentiæ. Prædestinatio hominis lapsi non est facta ex prævissis meritis, sed purè gratuitò. Deus omnes, & singulos homines salvos fieri vult voluntate antecedente, & hæc est vera, sincèra, & propriè dicta voluntas. Reprobatio negativa, & positiva non fit ante prævisum peccatum. Angeli, & primus homo non eguerunt gratia per se efficaci ad perseverandum. Gratia efficax in statu naturæ lapsæ est per se, & ab intrinseco talis. Pontifex

est infalibilis in decretis fidei ; & morum. Pontifex est infalibilis in canonizatione Sanctorum. Pontifex est supra generale Concilium.

Minervale parabitur Lycæum in celebri M. P. N. Augustini Hispalensi Fano : ubi argumentorum telis occurret P. Fr. Ignatius de la Cuesta Divi Acatij ex Collega , cui præses aderit P. Præsentatus Fr. Vincentius Lopez , Prior Portuensis , & Doctor Theologus Universitatis Hispalensis , die 16. Mensis Aprilis anni Dmni,

1769.

VESPERE.

In



In freta dùm fluvii current, dùm montibus umbræ
Lustrabunt convexa, polus dùm sidera pascet,
Quo me-cumque vocant terræ . . . .
. . . . . amoris imago
Numquam nostro ILLIUS labetur pectore summo

INCLYTI, ATQUE EXCmi.

D. D. ANTONIJ PONCE DE LEON,

Ducis præstantissimi de Arcos, Maqueda, & Naxera, Præpotentis insuper de Zahara Marchionis, Magnæque Domus de Villa-Garcia, atque Marchena utroque jure Domini integerrimi: necnon insigni Regalium Castrorum Præfectura meritissi-

tiſsimè ornati ſacræque Catholicæ Majeſtatis excubias corporis agere aſſuetis Præclariſsimi ac Prudentiſsimi Præpoſiti Ducis,

&c. &c.

. . . . *Verum*
Dùm Te majorum fama, tua gesta probabunt:

Ea, qua par eſt, D. Excme. animi veneratione, Auguſtiniadum Bæticæ Phalanx, Tibi jure, ac merito devotiſsima, Capitularia Comitia perfunctura, ſub Tui, Prædeceſſorumque Tuorum munimine, & Patronatus tutiſsimo præſidio, quotquot Sacra Theoremata ex inexpugnabili mente M. P. N. Aug. per quàm accuratè deprompſit, tot pro maximis, ac pene erga ſe meritis innumeris; quibus recenſendis nullus unquam ſufficiat, nuncupanda cenſet, & Tui clarissimi Nominis gloria præmunita propalam emitenda non diffitetur.

. . . .
Maxime Dux, precor, ut capias hæc dona dicatis:
Sis felix, nostrumq; leves quemcumque laborem:
Et quo sub coelo tandem, quibus orbis in oris
Jactemur, doceas: ignari hominumq; locorumq;
Erramus, vento huc vastis, & fluctibus acti.
Di tibi, siqua pios respectant Numina, siquid
Usquam justitia est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant: quæ Te tan læta tulerunt
Sæcula, qui tanti talem genuere Parentes.

Uni-

Unicum Assertum, secundi diei.

„ PRopositis singillatim Capitulis, sub
„ unoquoque eorum sensus nostri,
„ & fidei, quam ex Apostolicæ Sedis
„ auctoritate defendimus, verba po-
„ nemus; ut qui paullulum se ad
„ legenda hęc dignati fuerint occu-
„ pare, evidenter agnoscant, impiarum profanarum-
„ que opinionum nullum Cordibus nostris inhæsisse
„ vestigium: & blasfemias, quas perspexerint nostra
„ professione damnari, in earumdem repertoribus
„ censeant debere puniri. N. S. Prosper in Pref. ad obiect. Vincent. ita aiebat, tempora sua tangens, & Ventura quasi prospiciens. Quidam enim, quos tradidit Deus in reprobum sensum, temere Voluere in ipsorum patrocinium Augustinum adducere; atque ex se ipsis Zizania, & ex Augustino triticum Colligentes, utrumque seminarunt, aliquas propositiones, ab Eclesia proscriptas, pertinacitersubstinentes. Sed absit, ut Lux Eclesiæ Hereticorum se tenebris misceat! Plures, in Augustinienses paraverunt sagitas, atque subitó sagitantes in obscuró, & in publicó, firmaverunt Sermonem nequam: Arbitrati sunt enim, nostrates, non odisse Eclesiam malignantium, sed potius sedisse cum Impiis Bajo, Quesnelio, Iansenio, dum illi constanter tuentur asserta quædam, de quibus interrogamus Patrem nostrum, & anuntiat nobis, majores nostros, & dicunt nobis. Sed oportuit illas hæreses esse, ut qui probati sunt in præexcelsa

Aug.

Aug. Doctrina, manifesti fiant in nobis. Nos autem, quibus Augustini Eloquia videntur, jam dulciora super mel, & favum, jam argentum igne examinatum, purgatum septuplum; sequentia, in quæpotissimè impetum fecerunt, pro viribus amplectimur defensanda: ut, qui ex adverso est, cum apensus sit in statera, & inventus fuerit minus habens, vereatur, nihil malum habens dicere de nobis: ut, denique, probatio nostræ fidei, multo pretiosior auro, M. P. N. Augustini inveniatur in laudem. Potest utcumque rationalis creatura veritatem aliquam naturalem, non solum speculativam, sed etiam practicam, absque supernaturali gratia scrutari; ast, ut mens piis Studiis intenta juvetur ad æternam vitam capessendam, requiritur gratia, sive inspiratio Sanctæ dilectionis, vincens carnales cupiditates. Multa fiunt etiam ab infidelibus, & impiis, quæ si operum honestatem inspicias, & officia virtutum, habent decus laudis, neque ratione operis appellari debent peccata. Virtutes infidelium, ut plurimum, sunt germen inutile, & marcescens, quia solent bona opera aut ad inanem gloriam, aut ad voluptatem referre. Quæ sinè Christi gratia ab infidelibus peraguntur, nequeunt inter veras virtutes connumerari. Quidquid boni infideles patraverunt, dicendi sunt non sine superna illustratione, & gratia patrasse: non tamen eis necessaria fuit; aut est, ad non pecandum fides habitualis, nec gratia remissionis peccatorum. Ad quodcumque bonum opus morale, undequaque

que honeſtum, etiam ordinis naturalis, neceſſaria eſt gratia per Chriſtum. Ad obſervanda divina præcepta, ut oportet, ob anceps judicium mentis, animique corpore gravati egritudinem, cogimur divinum quærere auxilium. Non poſſumus abſque gratia carnales vincere ſenſus, atque ſuper omnem creaturam diligere Deum; quod eſt in lege maximum, & primum mandatum. Non poſſumus aut peccatum vitare, aut tentationem aliquam ſine gratia vincere undequaque, ideſt, æquomoderamine, ita ut, motus ſenſuum compeſcantur, & frenetur apetitus rebelis. Non eſt de fide, quod auxilium gratiæ omnibus miſericorditer præparatum, omnes reapſe recipiant. Non eſt neceſſaria ad imputationem peccati præſſens, & actualis divinæ gratiæ inſpiratio. Auxilia ſufficientia, quæ omnibus divina munificentia paravit, quibuſdam aliquando deſſunt ob impedimenta, quæ objcit humanum demeritum; ideoque hujusmodi auxilia puerulis vita fanctis in utero matrum; quibuſdam infidelibus, ut ad fidem perveniant; aliquibus in ſcelera damnabili obſtinatione ruentibus, juſtiſimè denegantur: deque ſua prava voluntate, non de Deo beneficentiſsimo gratiarum largitore, debent quæri.

***

Pro

Pro vespertino agone die 17. Aprilis Palestrites decertabit in præfato Hispalensi Conventu P. Fr. Alexander Jurado, Divi Acatii ex-Collega, subter auspicia P. Præsentati Fr. Michaelis Miras, olim ejusdem Divi Acatii Rectoris, hujus Hispalensis Conventus Regentis, ejusque Universitatis Doctoris Theologi. Anno. 1769.

VESPERE.

HISPALI: Ex Typographia EMMANUELIS NICOLAI VAZQUEZ, in vico Genuensi.

***